

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Vita humana presens a
cum fonte primo

Longitudinem uite
huius sentiri non facit nisi spes uiuendi.
Nam nichil uidetur esse celerius quam
quicquid in ea iam preteritum est. Cum
ergo dies iudicii uenerit, tunc sencient
peccatores quoniam non sit longa omnis
uita que transit.

Augustinus super Psalmum VI.

Quandocumque autem uenerit, celerrime
uenit quod desperatur esse uenturum; et
longitudinem uitae
huius non facit sentiri, nisi spes uiuendi.
Nam nihil uidetur esse celerius, quam
quidquid in ea iam praeteritum est. Cum
ergo iudicii dies uenerit, tunc sentient
peccatores quam non sit longa omnis
uita quae transit.

Augustinus Hipponensis, *Enarrationes
in Psalmos*, 6, 13 (CCSL 38, E. Dekkers
& J. Fraipont eds., p.34, ll.6-11).